

JHS

BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE MENORCA

EPOCA IV

20 OCTUBRE 1949

NÚMERO 13

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIO-
RUM UNIVERSITATIBUS

DE STUDIO MUSICAES SACRAE LITTERAE AD EPISCOPOS.

Prot. Num. 575/49.

Romae, die 15 augusti a. D. 1949
in Assumptione B. Mariae Virginis

Excellentissime Domine,

Musicae Sacrae, ad divinum cultum promovendum, quan-
tum pere Sancta Sedes iugiter faverit, nemo sane est qui ignoret.
Eiusdem sedulitatis plura exstant documenta, inter quae nota-
tu dignae illae sapientes quidem et firmae praescriptiones,
quas Summus Pontifex PIUS XI, fel. rec. per Const. Apost.
«Divini Cultus Sanctitatem» (d. d. 20 dec. a. 1928) impertitus
est.

Haec quoque S. Congregatio adlaborare non intermisit, ut
iuvemes Sacerdotii viam arripientes, tum theoretice tum prac-
tice Musica Sacra congrue instituerentur. At, si multa et lauda-
bilia in plerisque Seminariis gesta sunt ad sacram iuventam
hac quoque disciplina imbuendam, in ceteris tamen exspectati
felices exitus minime obtenti sunt, cum pluribus de causis, tum
praesertim ob apti magistri atque rationis didacticae inopiam.
Huiusmodi defectus eo manifestiores hodie apparent, quo stu-
dium liturgicum et musicum mire in dies diffunditur, sive inter
asseclas Actionis Catholicae sive inter ipsos Christifideles,
Anno Sancto praecipue instante.



Quam ob rem, ad novum validioremque impulsu m afferendum ut Seminariorum alumni theoria et practica Musicae Sacrae iuxta principia didactica et disciplinaria a S. Sede statuta sedulo erudiantur, haec quae sequuntur praescribenda censemus:

I. Musica Sacra disciplinis necessariis adnumeratur, ideoque omnibus sacrorum alumnis, inde a primo humanitatis anno usque ad cursum theologicum expletum, absolute tradenda.

II. Musicae Sacrae magistris proponentibus, iuxta praescriptiones allatae Const. Apost. «Divini Cultus Sanctitatem» (nn. 1-2) annua programmata ab Excellenissimo Ordinario adprobanda sunt.

III. Musicae Sacrae horarum attributio in hebdomada eiusdem Const. Apost. (nn. 1-2) regetur normis; huiusmodi disciplinae paelectionum horae, igitur, generali studiorum rationi inserendae sunt.

In fériis autumnalibus, longius tempus adhibebitur ad exercitationes practicas tum cuiusque alumnī tum plurium vel omnium simul alumnorum, et pro alumnis cursum philosophici et theologici, hebdomadae studiorum indicentur ad praecipuas quastiones Musicae Sacrae intimius pertractandas.

IV. Non aliter ac pro ceteris disciplinis, alumnī annua pericula de Musica Sacra obire tenentur.

V. Cuique Seminario idoneus sit oportet magister Musicae Sacrae, qui, ad omnes effectus Collegio Professorum cooptabitur.

Hac quidem de re, Excellentissimis locorum Ordinariis in memoriam revocamus instantissimam PII XI, fel. rec. adhortationem, ut nempe ex quavis mundi plaga ad Romanum Pontificium Institutum Musicae Sacrae electi mittantur iuvenes Sacerdotes, sincere exornati spiritu liturgico, peculiari quodam donati ingenio musico et sufficienti muniti praeparatione, qui, requisitum tirocinium emensi, uberem in Dioecesi et praecipue in Seminario apostolatum liturgico-musicalem explicare valeant.

VI. Quae supra statuimus, vigere incipient anno scholari proximo ineunte.

Tuum igitur erit, Excellentissime Domine, sollicite his quae supra mandavimus omnem curam impendere. Nam Musicam Sacram non parum conferre arbitramur, ut in exactis Ecclesiae temporibus, etiam nunc ad christianam plebem Christo Domino reducendam: sacrorum concentuum dulcedine et suavitate allactus, populus fidelis «hymnis et canticis spiritualibus» Domum Dei resultantem libentius celebrabit, avidias ad dominica sacramenta accedet, abundantiusque hauriet inde vitam.

Dum Tibi vota en Domino profero, reverenter me obtestor

Excellentiae Tuae Reverendissimae
in Ch. J. addictissimum
J. Card. PIZZARDO

H. CECCHETTI, Subsecr.

Prot. Num. 659/49

Rome, die 15. augusti a. D. 1949
in Assumptione B. Mariae Virginis

Excellentissime Domine,

Studiorum haec programmata Tibi dum mitto, enixe ab Excellentia Tua Reverendissima rogo, ut magnam perpendere velis utilitatem, quae Tuae Dioecesi obveniet, si Amplitudo Tua aliquem alumnum Romam miseris (Sacerdotem, quantum fieri potest), ut curriculum apud Pontificium Institutum Musicae Sacrae emetiatur.

Ad hoc quod attinet, opportunum erit ut Excellentia Tua eos inter Dioeceseos Tuae iuvenes eligas, qui, ob spiritum liturgicum, ob peculiarem probamque præparationem musicam, spem inicianter se actionis liturgicae in Diocesi ista apostolos idoneos fore.

Occasionem laetus nanciscor ut obsequentis animi mei sensus proferam et reverenter me profitear

Excellentiae Tuae Reverendissimae
in Ch. J. addictissimum
J. Card. PIZZARDO
H. CECCHETTI, Subsecr.

COLLATIONUM
THEMATA MORALIA, LITURGICA, EXEGETICA, DOGMATICA

I

Petronius, confessarius, putat se satisfacere muneri suo, si postquam confitentium peccata audivit, ubi sibi non constet eos esse indispositos statim imposita poenitentia illos absolutos dimittat absque ulla prorsus monitione aut exhortatione; atque ita cum omnibus fere confitentibus se gerit.

Quaer.—Vere ne hujusmodi confessarius ministerium suum satis implet ac tutus in conscientia esse potest?

* Explicitur quod Rituale Rom. praescribit (Tit. II, Cap. I n.^o 20-30), circa caeremonias Baptismi, quando privatim aut conditionate confertur.

* De actu fidei et ejusdem elementis brevis notio.

* Evangelium Dom. I post Pentec.

II

Ernestus dubitans an esset media nox aliquid tamen comedit. Nicasius vero certo quidem in media nocte a comeditione cessavit, sed inter horologia quae sibi patent delegit ultimum.

Quaer.—An uterque possit ad communionem accedere?

Domitiila, pia mulier, hausta aqua ad os abluendum, dubitat an guttam aliquam deglutierit.

Quaer.—An posito hoc dubio a communione debeat abstinere?

* Quomodo celebranda sunt nuptiae tempore clauso, et quid potissimum vitandum juxta praescripta quoad pompam externam in earum celebratione.

* De habitus fidei infusione et natura.

* Evangelium Dom. Infraoct. Corporis Christi.

III

Antonius, mercator, casu rescivit, rem, a se persoluto jam pretio emptam, etiam Vitali fuisse jam antea venditam.

Quaer.—An venditio ejusdem rei facta ipsi Antonio sit valida? An hujusmodi res ad Vitalem spectet, an vero ad Antonium.

- * Rubricae servandae in binatione Missae sive in eadem sive in diversa ecclesia.
- * De subjecto fidei.
- * Evangelium Dom. III post Pentec.

IV

Paulus, peccator publicus, non multo post ab iterato scandalo commisso, correptus fuit morbo adeo gravi, ut illico obmutuerit, nec ullum dederit aut det externum signum doloris, etiam dubium ac tenuissimum.

Quaer.—Quomodo parochus se gerere debeat in casu?

- * Quaenam in altari requiruntur ut Missa ibi celebrari liceat.—Quando calix et patena consecrationem amittant.
- * De angelorum natura et existentia.
- * Evangelium Dom. VII post Pentec.

V

Petrus, mercator, cum ab emptore quodam certa mercis specie peteretur quam ipse non habet, fingit se pergere domum ad eam sumendam, ac pergit revera eam emere ab alio vicino mercatore, pretio modico, eamque defert ac illico revendit petenti, pretio majori.

Quaer.—An licitum sit hujusmodi lucrum?

- * Exponantur quae circa baptisterium praescribuntur in Ritu Rom. (Titul. II, Cap. I, n.^o 46)—Quid faciendum si aliquo casu aqua baptismalis ex toto defluxerit vel corrupta fuerit, ita ut amplius ea uti non liceat.
- * De dotibus angelorum.
- * Evangelium Dom. VIII post Pentec.

VI

Cajus, parochus, monetur ut quam citissime perget ad Ex-

tremam Unctionem ministrandam cuidam puero in extremis constituto; dubitans vero an hujusmodi puerulus ad rationis usum pervenerit, noluit illum sacro oleo inungere, dicens in tali dubio nunquam esse ministrandum hoc sacramentum.

Quaer.—An Cajus recte senserit ac bene se gesserit in casu?

* Praescripta Ritualis Rom. quoad custodiam et renovacionem sacrorum Oleorum (Tit. II, Cap. I, n.^o 50-54). Quid dicendum de iis vasculis quae inscriptionem habent tantum in operculo.

* De angelorum gratia et lapsu.

* Evangelium Dom. X post Pentec.

VII

Darius bona fide emit equum a fure, eumque vendit eodem pretio postquam eum saepius commodando, quam plurimos aureos lucratus est. Post hanc vero venditionem subito dominus verus comparuit qui equum recuperare non potest.

Quaer.—An Darius pretium equi teneatur domino restituere aut quidpiam aliud?

* De Collectis imperatis. Ejus notio et divisio et quando prohibentur.

* De ordinibus angelorum.

* Evangelium Dom. XII post Pentec.

VIII

Titius, Cajus et Sergius, eodem ioco et tempore Sempronio grave damnum scienter intulerunt per minuta furta, ab unoquoque eorum ita divisim commissa, ut nullus alium juverit, nec in causa fuerit ut alias concurreret.

Quaer.—An mortaliter quilibet eorum peccaverit et sub gravi restituere teneatur?

* Ordo ministrandi sacramentum Poenitentiae. Breviter exponatur ea quae continentur in Rituale Rom. Titul. III, Cap. I.

—Cautelae adhibendae in excipiendis confessionibus mulierum extra confessionale.

- * De angelorum custodum existentia.
- * Evangelium Dom. XIV post Pentec.

IX

Ludovicus accusatus olim fuit, infamatorii quidem sed veri criminis, ac per justam judicis sententiam condemnatus, tractu tamen temporis illius infamia ita abiit in oblivionem ut magna existimatione apud omnes gaudeat.

Quaer.—An sine gravi laesione caritatis et justitiae, possit quis delicti conscius illud ignorantibus manifestare?

* Missa votiva SS. Cordi Jesu in prima feria sexta mensis. Quibus conditionibus et quo ritu celebrari liceat; quando vero prohibetur.

- * De angelorum custodum erga homines officiis.
- * Evangelium Dom. XVI post Pentec.

CRONICA DIOCESANA

MES DE JUNIO DE 1949

Día 1.—A partir de este dia los cultos del mes del Sagrado Corazón en la Parroquia de San Luis se ofrecen por la incoluidad de los intereses católicos en los Santos Lugares. Diariamente se reza la oración compuesta para tal objeto por el Rmto. Prelado, y por esta necesidad un grupo de niñas ofrece cada día la Sda. Comunión y el Rdo. Económico la intención secundaria de la Sta. Misa.

Día 5.—Dominica de Pentecostés. Asiste a la Misa solemne en la Catedral el Excmo. Prelado quien, después de expuesto el Santísimo Sacramento, pronuncia una alocución sobre la necesidad de orar por el estado de los Santos Lugares y

lee, siguiendo los fieles, una plegaria compuesta por el mismo a tal efecto.

Día 10.—En el Salón de Conferencias del Palacio Episcopal, el Excmo. Sr. Obispo diserta ante el Rdo. Clero y seminaristas mayores sobre la conciliación entre el establecimiento del Estado de Israel y las profecías relativas al pueblo judío.

Día 12.—Dominica de Trinidad. En toda la Diócesis, Misas de primera Comunión.

—El mismo día se conmemora en Ciudadela la Canonización de Santa Juana de Lestonnac, fundadora de la Compañía María, con solemnísima Misa pontifical en nuestro primer templo diocesano. La imagen de la nueva Santa figura en el presbiterio y ocupa lugar distinguido en la nave la Rda. Comunidad del Colegio de la Enseñanza. Después del Evangelio se lee la homilía que pronunció Su Santidad el 15 mayo último, al elevar al supremo honor a la Madre Lestonnac. Terminada la Misa, el Rdmo. Prelado dirige a los circunstantes una oportuna alocución y estando todos de pie da lectura al decreto de Canonización de la nueva Santa. Por la tarde, después del ejercicio del triduo con sermón por el M. Iltre. Sr. Penitenciario, la imagen de Sta. Juana de Lestonnac es conducida triunfalmente desde la Catedral a la iglesia del Sdo. Corazón.

En Mahón se celebra el «Día de la Parroquia», con Misas de Comunión y acto eucarístico en la de Santa María.

En Ferrerías tiene lugar el IV Día Diocesano del Aspirante de A. C., con Misa de Comunión muy concurrida y acto eucarístico en la iglesia parroquial de San Bartolomé, actos de propaganda en el «Salón Juventud» y en la plaza Generalísimo y reñidas competiciones deportivas. Además de los del Centro local, asisten 125 Aspirantes de Ciudadela, 120 de Mahón, 45 de Alayor, 14 de Mercadal, 22 de Villa-Carlos y 11 de Fornells.

F. Martí, Cronista Diocesano.